—— eſt tale, ut ſit ſimul Omnipræſentiæ, Omniſcientiæ, Omnipotentiæ, A. R. 798. p. 505.

—— implet omnia ſpatia Univerſi abſque ſpatio, A. S. 69 ad 72.

—— eſt in omni tempore abſque tempore, A. S. 73. — in Maximis & in Minimis eſt Idem, A. S. 77. ſqq. cfr. A. R. 961.

—— eſt in omnibus & ſingulis, quæ apud hominem fiunt, A. C. 7007. — actualiter ineſt in omnibus & ſingulis Univerſi creati, A. S. 59. 60. P. 5.

—— a Domino eſt in omnibus & ſingulis, A. C. 8874. cfr. P. 5. — tranſit in mundum per ultima ordinis, A. C. 4618.

—— non aliter eſt in uno ſubjecto, quam in altero, ſed ſnbjectum &c. A. S. 54. cfr. R. C. 364. ſqq. — non influit niſi in illa, quæ ſunt affectionis, A. C. 5044.

Doctrinæ (omne) eſt a Divino Vero ex Divino Humano Domini; ab Ipſo procedit, de Ipſo agit, nam agit de bono amoris & vero fidei, quæ &c. A. C. 5321.

——— ——, quoad hominem eſt Dominum colere & amare, A. C. 2859. — Eccleſiæ verum (*omne*) ex Verbo eſt in forma bonum amoris, A. R. 917.

——— aliquod ex Ipſo Divino nequaquam procedere poteſt, niſi per Divinum Humanum, h. e. Verbum, A. C. 5321.

———, quod erit genuinum, verum non apparet in ſenſu literæ niſi illis, qui in illuſtratione a Domino ſunt, S. S. 57. R. C. 231. ſq.

——— (*quicquam*), quod Novam Eccleſiam attinet, non ex aliquo Angelo, ſed a Solo Domino accepit Swedenborg, R. C. 779.

——— Novæ Hieroſolymæ omnia ſe referunt ad duo; de Domino, & de Vita ſecundum præcepta, A. R. 903.

———, ſi fides vera eſt, favet totum Verbum; Deus Verbi infundit lucem, aſpirat aſſenſu, R. C. 177.

——— Divinum Verum non apparet aliis, quam qui in illuſtratione a Domino ſunt, R. C. 225. 231.

——— Sancta ſunt in extremis & quoque ibi & inde eſt auditio & perceptio, A. C. 9921. — Eccleſiarum in plurimis recedunt a ſenſu Verbi literali, A. C. 9025.

——— Eccleſiarum, in Chriſtiano Orbe, interius ſpectatæ, ſunt contra momentaneam ſalvationem ex immediata Miſericordia; ſed ſtabilitur tamen, a quibus, P. 358 p. 211.

Doctrinale (ipſum) eſt ſenſus internus Verbi, A. C. 9380. — fidei ſeparatæ conſpirat cum vita mali, A. C. 2417.

——— (*omne*) Eccleſiæ ſecum habet ideas, unde percipitur, quale eſt, A. C. 3310. 3825. — (*omne genuinum*) fidei eſt ex Divino Bono & Divino Vero, & habet in ſe conjugium coeleſte, A. C. 2516.

Doctrinalia ſunt concluſiones a ſcientificis, A. C. 3057.

——— præcipue ſunt cognitiones, N. H. 51. m. p. — ſunt communia, ad quæ referuntur vera, A. C. 6146.

——— non aliud ſunt, quam media perveniendi ad bonum, ut ad finem, A. C. 5997. — (*omnia*) fidei ſunt charitatis, A. C. 1798.

——— fidei ex Verbo, ſunt præcepta vitæ et leges ſpirituales, A. C. 5826. — non ſunt vera pure Divina ſed Veri apparentiæ, A. C. 3364.

——— ſunt inſtar corporis vero; ſunt corporea veri naturalis, & quædam corporatura veri, A. C. 4642.

——— non ſunt niſi ſcientifica, *quando*, A. C. 1597. — ex Verbo ſcientifica ſunt, quatenus ſunt in memoria externa, ſeu naturali; fiunt autem fidei quoad verum, & charitatis, quando in memoria interna, quod fit cum vivitur ſecundum illa; & vocantur ſpiritualia, A. C. 9918.

——— (*omnia*), dum vera ſunt, ſpectant charitatem, ut ſuum fundamentale, A. C. 1799.

——— Eccleſiæ nihil faciunt, niſi ſpectent charitatem, ut finem, N. H. 106. p. 57. m. — boni & veri in unum ſint neceſſe eſt, A. C. 3786.

——— ——— ſua num ſint vera an falſa, non curant, nec ſcire volunt, *quinam*, A. C. 9382. — non ſunt vera ex Solo & nativitate, A. C. 6047.

——— nexum inter ſe habent, ſe mutuo ſpectant, in unum erunt; & in Verbo ſunt omnia doctrinalia boni & veri; A. C. 3786.

——— (*inter*) ſupremum eſt, quod Humanum Domini ſit Divinum, A. C. 4687.

Doc-

Doctrinalia nihil ſunt, niſi vivatur ſecundum illa, A. C. 1515. N. H. 257. p. 127. (*omnia*) ex ſenſu literæ habent vera interiora, A. C. 3464.
——— charitatis hodie nulla ſunt, ſed modo inventa fidei ſeparatæ, A. C. 4955. — fidei, quæ hodie, prorſus nihil docent, quid charitas & quid proximus, A. C. 4955.
——— de ſola fide deſtruunt charitatem, A. C. 6353. 8094. — falſi poſſunt quoad partem, majorem, minorem, eſſe vera, A. C. 8149.
———, ſeu cognitiones boni & veri, non poſſunt communicari naturali homini, ita nec conjungi & appropriari, niſi per jucunda & amoena illi accommodata, A. C. 3502.
Doctrinalibus (*in omnibus*), ex Verbi ſenſu literali deſumtis, ſunt vera interiora, A. C. 3464. — non opus magis habet, qui ad bonum ſpirituale pervenit, A. C. 5997.
Doctrinalium ſpecialia omnia ex ſuo principio ſapiunt, A. C. 4720.
Docuit Dominus internum ſpiritualem hominem, C. S. 340.
Dogma quodcunque arreptum, ex ſenſu literali confirmatur, A. C. 6222. —, de intellectu captando, eſt rejiciendum; de vero rationaliter videndo, acceptandum, A. R. 564. cfr. 914. R. C. 508.
Dogmata ſua eſſe vera, credunt omnes quotcunque ſunt, A. C. 8521.
——— hodierna confaſciata per plura paradoxa, ſolum intrant memoriam, non intellectum ſupra illam; unde ægrè diſcuntur, retinentur, docentur, S. E. 53. ſqq. 58. ſq.
Dogmaticum aliquod religionis nuſquam inducitur ab aliquo ſpiritu bono, minus ab aliquo Angelo Coeli, ſed aliquando a ſpiritibus (*non bonis*), P. 134. 135.
Dolor facit, ut quæ in homine ſe contrahant, A. C. 10492.
——— conſcientiæ eſt anxietas mentis propter &c. A. C. 7217. N. H. 139. p. 47. m. C. I. 299 (*aa*) R. C. 666.
Dolorem primo faciunt vera, cum inferuntur bono naturali, quia &c. A. C. 3471.
Dolorificum poteſt evadere gaudium, ſi ultra intimum ſui quis hoc accipit, C. I. 410.
Doloſi in primis ſunt ſenſuales, A. C. 830. 960. 6310. 8870. R. C. 324.
Dolus deprivat hominem facultate, ut uſquam rationalis fieri poſſit, A. C. 5128. 9013. p. 252. cfr. = 4. C. I. 578.
Domanda ſunt apud hominem genera mali perplura, A. C. 8403.
Domantur mala & falſa per tentationes, A. C. 869. 5356. 8966 = 7.
Domicilia Angelica lucent ſicut ſtellæ, A. C. 7988. — ſpirituum mutantur, ſicut illi perficiuntur, A. C. 1629.
Dominantur ſuper vera a Divino, vera ex proprio, A. C. 8941. — ſuper alterum, Internus, Externus homo, qui vincit, R. C. 596.
Dominari (*ſi*) incipit naturalis ſeu externus homo ſuper internum, ſeu ſpiritualem, nihil amplius creduntur quæ ſunt fidei, A. C. 5084. & ad f.
Domini Anima fuit Jehovah, C. I. pag. 33. *coll.* — Amor fuit Salus Generis humani, A. C. 1820.
——— internum humanum fuit coeleſte ſpiritualis, & hoc fuit Verum a Divino, ſeu proximum indumentum, Ipſius Divini in Domino, A. C. 5689.
——— (*in*) omnibus & ſingulis, Divinum ſeu Jehovah fuit intime, A. C. 1902.
——— vita, a prima pueritia ad ultimam horam vitæ in mundo, fuit continua tentatio, & continua victoria, A. C. 1960.
——— Coelum & Regnum, in particulari, eſt homo, *quando*, *quantum*, A. C. 8988.
Dominium habent illa, quæ præ altero amantur, A. C. 4099.

301. —, per assumtionem Humani naturalis, est Ipsum Divinum Bonum & Verum, seu Ipse Divinus Amor & Divina Sapientia, tam in Primis quam in Ultimis, A. S. 221. — est, cum in ultimo, simul in omnibus, A. C. 9824.

Dominus ex puro Amore, ita ex pura Misericordia assumsit Humanum, gravissimas sustinuit tentationes & tandem Passionem crucis, ut salvaret &c. A. C. 9528.

—— venit in mundum, ut subjugaret inferna, & glorificaret Humanum Suum, & impleret omnia Verbi, & per id fieret Divinum Verum etiam in ultimis, item ut fieret Divinum Existere ex Divino Esse, D. 12. sqq. C. I. pag. 34. S. S. 98. cfr. R. C. 579.

——, cum fuit in mundo, Divinum Verum fuit, & tunc Divinum Bonum in Ipso fuit Pater; at glorificatus, Ipse factus est Divinum Bonum etiam quoad Humanum, A. C. 8724.

——, —————, fuit Ipsum Divinum Verum quoad Humanum, & fuit Ipsum Divinum Bonum, quoad Ipsum Esse Vitæ Suæ; conceptus enim fuit &c. A. C. 9954. p. 229.

——, —————, fuit Verum Boni ex Divino Humano Ipsius, at cum Se glorificavit, tunc transcendit supra illud, & factus est Ipsum Divinum Bonum seu Jehovah, etiam quoad Humanum, A. C. 5307.

—— successive, quoad Humanum Suum, factus est Divinus Amor, h. e. Divinum Esse seu Jehovah, A. C. 7014.

—— —— fecit Se primum Verum a Divino, postmodum Divinum Verum, & tandem Divinum Bonum, A. C. 7014.

—— factus est Verbum, h. e. Divinum Verum, etiam in ultimis, R. C. 261. sqq. — quoad Ipsum Divinum & Divinum Humanum, est intime in Verbo, A. C. 7605.

—— natus sicut alius homo, didicit loqui, crevit intelligentia & sapientia, A. C. 6716. (*vid. Natus*)

—— factus est Homo similis homini in mundo, cum discrimine, quod gradus naturalis apud Ipsum Infinitus & Increatus, A. S. 233.

——; sicut alius homo instructus est, & successive progressus ad unionem cum Patre, N. H. *coll.* 304.

—— solus natus est spiritualis coelestis, *causa*, A. C. 4592. p. 262 = 4. cfr. 1707. — solus natus est in Bonum, inque Ipsum Divinum Bonum, quantum a Patre, A. C. 4644.

—— Divinum Humanum, ante adventum Suum, quod non ita unum fuit cum Ipso Divino, quod Pater vocatur, in Se prorsus unum cum Hoc fecit, A. C. 6000. p. 305.

—— ex Divino, ita ex Se Ipso cogitavit, & Sibi Ipsi acquisivit Intelligentiam & Sapientiam, per &c. A. C. 3382.

—— omnia in Se in Divinum Ordinem, ex propria potentia, disposuit & redegit, A. C. 4251. — ex Divino Amore erga Genus Humanum pugnavit, N. H. *coll.* 302.

—— non potuit quoad Ipsum Divinum tentari, N. H. 302. — omni modo ab omnibus infernis, in Se admissis, usque ad Angelos, tentatus, eadem propria potentia vicit, A. C. 4287.

—— Solus ex propria potentia, contra omnia inferna, unde tentationes in Se admisit, pugnavit, eadem vicit, ac omnia in ordinem redegit, unde Justitia & Meritum Ipse Solus, A. C. 8273. N. H. 201. 302.

—— subjugavit omnia Inferna, redegit omnia in ordinem, in Coelis & Infernis,

nis, & liberavit Mundum Spiritualem ab Antediluvianis, cum fuit in mundo, N. H. 301.

Dominus, per tentationes & victorias, expulit omne maternum, disposuit omnia in ordinem, univit Humanum Divino, h. e. glorificavit, N. H. 302. 304. U. J. *coll.* (*m*). pag. 36.

—— sustinet tentationes apud hominem, ac subjugat mala & inferna, A. C. 4287. — Solus pro homine pugnat in tentationibus, A. C. 8273. N. H. 195. 200. (*coll.*)

—— Humanum ex matre susceptum successive exuit & Humanum ex Divino in Ipso induit, quod est Divinum Humanum, & Filius Dei, D. 35. —, in mundo, apud Se omnia disposuit in formam coelestem; proinde Coelum fuit in Domino, ac Dominus ut Coelum, N. H. 303. — Humanum Suum glorificavit, non Divinum, *quia* &c, A. C. 10057.

—— in Mundo Humanum Suum fecit Divinum Verum, ex Divino Bono, quod in Ipso; & cum exivit e mundo, plene univit Divinum Verum Divino Bono in Ipso, A. C. 10367. p. 494. 10730. N. H. 303. D. 29. 32. A. R. 193. cfr. A. S. 221.

—— glorificavit Suum Humanum, h. e. Divinum fecit, quemadmodum regenerat, h. e. spiritualem facit hominem, N. H. 201. m. p. 300. R. C. 105.

—— univit Essentiam Suam Divinam Essentiæ Humanæ per tentationes, propria potentia, A. C. 3381.

—— ex propria potentia univit Humanum Divino; Divinum Verum, quod Ipse, cum Divino Bono, quod in Ipso, N. H. 304. C. I. pag. 34. *coll.* m. — cum e mundo abivit, Humanum Suum fecit Divinum Bonum; ita exivit a Patre, & rediit ad Patrem, & sic unus factus cum Patre, A. C. 9199. cfr. 5307. N. H. *coll.* 304.

—— in unitione cum Ipso Divino, spectavit Sui conjunctionem cum genere humano, A. C. 2034. 2077.

—— omne Humanum Suum, tam Internum quam Externum Divinum fecit, A. C. 2083. 9315. N. H. *coll.* 305. D. 29.

—— etiam Humanum Suum fecit Divinum Verum ex Divino Bono, quod in Ipso, cum fuit in mundo; *demonstratum*, A. C. 9199. 10125. C. I. pag. 34. *coll.* m.

—— per gradus adjunxit Humanam Essentiam Divinæ, A. C. 1708. — Se Divinum fecit, etiam quoad vasa, h. e. vera, A. C. 3318. f.

——, cum fuit in mundo, fuit Divinum Verum, at cum glorificatus est, h. e. cum Humanum in Se Divinum fecit, factus est Divinum Bonum, a Quo dein Divinum Verum procedit, *quare*, A. C. 4973. 8127. 8281. f. 8861. 9199. 9806.

—— propria potentia Humanum in Se Divinum fecit, A. C. 5065. —, cum fuit in mundo, gravissime est tentatus, pugnans contra & subjugans inferna, redigens Coelos in ordinem, uniens Humanum Divino; sic quiescens, cum potentia, &c. A. C. 10367.

—— solus factus est Justitia & Meritum, *per quod*, N. H. 302. — omne Humanum Suum glorificatum, h. e. Divinum factum, suscepit in Coelum, ac nihil de eo reliquit in sepulcro, A. C. 10125. — fuit in mundo Divina Sapientia, quia Divinum Verum, A. C. 2500. 2527. cfr. 9954. p. 229.

—— Solus est in intimo Verbi, & inde est hujus Divinum & Sanctum, N. H. 263. —, postquam Verbum conscriptum est, per id loquitur cum hominibus, A. C. 10290.

—— locutus est per Correspondentias, Repræsentativa & Significativa, quia a Divino; sic coram mundo & Coelo illa, quæ impleverunt Universum

Coelum, A. C. 4807. N. H. 261. R. C. 199. 201. —, quantum unitus est Patri, tantum locutus est ut cum Se Ipso, alioquin ut cum alio, A. C. 1745. N. H. 304.

Dominus Salvator, qui idem est Jehovah, locutus est Verbum, apud Evangelistas, R. C. 189.

—— (*quæ*) locutus est, omnia & singula, erant repræsentativa Divinorum, &c. — A. C. 4677. p. 312. — (*quicquid*) in mundo agebat & loquebatur, erat Divinum & Coeleste, & ultima erant repræsentativa, A. C. 9780. p. 130.

—— quoad Humanum Suum habuit Internum & Externum, A. C. 4963. — regit Coelum & Terram, etiam Inferna: æterna Veritas, A. C. 6325. C. I. 536. sqq.

—— est Centrum commune Coeli, C. I. pag. 36. (*coll.*) — continue influit apud hominem cum bono & in bono cum Vero, A. C. 5127. 5470. 6564.

——, qui est Ipsa Lux, influit apud omnem hominem, & facit ut veritates ex Verbo in illo luceant, R. C. 349.

—— cum omni Suo Divino Amore & Sapientia, ita cum omni Divina Sua Vita influit apud omnem hominem, R. C. 364. cfr. 366.

—— —— Essentia Fidei & Charitatis influit apud omnem hominem, R. C. 365. cfr. A. C. 1901. 10022.

—— jugiter adest cum Bono & Vero apud unumquemvis hominem, sed non recipitur, nisi quantum mala & falsa removentur, A. C. 10022.

—— influit apud hominem in ejus amorem, ita voluntatem, ac facit, ut quod homo recipit, sit in libero, A. C. 10097.

—— —————— duplici modo, per Coelum mediate, & ex Se immediate, A. C. 6472. — non imperat, sed ducit, A. C. 6390.

—— —————— per bonum, & per hoc disponit vera in ordinem; non vice versa, A. C. 9337.

—— intrat apud hominem & omnia facit spiritualia & viva, sicut hic se præparat, R. C. 359. — supra omnia est amandus, C. I. 558. (*hh*)

—— est in illis, qui esuriunt, sitiunt, A. C. 4959. — est in continuo conatu conjunctionis cum homine, impediunt vero &c. N. H. 307.

—— vult habere totum hominem, quem regenerat, & non partem, A. C. 6138. N. H. 185.

—— non est nisi in bono, & inde in vero, sive in amore & charitate, & inde in fide, A. C. 43. 2572. f. — aspicit in fronte; Angeli & homines respiciunt per oculos, P. 29. A. R. 380.

—— habitat in Suo apud Angelos, non in proprio illorum, N. H. 307. p. 153. C. I. 8. (*q*).

—— Ipse est in hominibus, secundum receptionem, & non aliquod Divinum separatum ab Ipso, A. R. 949. f. cfr. 882.

—— producit bona charitatis apud hominem, secundum statum veri, A. R. 935. — ex Divino Amore vult adducere omnes homines ad Se in Coelum, A. C. 6645.

—— nusquam irascitur, malum alicui facit, aliquem in infernum conjicit, N. H. 308.

—— neminem in infernum dejicit, sed ipse spiritus semet, C. I. 545. sqq. — ex Se, seu ex Verbo, agit in homine & in illum, non autem per illum, quia &c. R. C. 154. p. 117.

—— operatur ex Se a Patre, non vicissim, R. C. 153.

Dominus non aperte aliquem docet Vera, sed per bonum ducit ad cogitandum, quid verum &c. A. C. 5952. — disponit ad usus, & ipsos disponit usus, A. C. 5949.
—— vult, ut quicquid homo libere facit secundum rationem, appareat illi sicut ejus, P. 77. sqq.
—— plus ab homine Ecclesiæ non requirit, quam ut vivat secundum id, quod scit, A. C. 6706.
—— non aufert malum, sed detinet hominem a malo, & tenet in bono, A. C. 8364. — Solus facit quemvis cogitare & velle secundum quale ejus, & secundum leges &c. P. 294.
—— est in homine, & homo in Domino; quod dari non potest, nisi is, in quo est, percipiat & sentiat ut suum, *quid*, A. S. 115. P. 30. cfr. 29. R. C. 371. — cum Coelo est ibi, ubi Verbum sancte legitur, & Dominus ex Verbo colitur, P. 256. 260.
—— est charitas & fides in homine, nempe spiritualis in charitate & fide naturali hominis, A. C. 8606. 8864. R. C. 368. 372.
——, charitas & fides faciunt unum, sicut &c; & si dividuntur, quodvis perit sicut &c. R. C. 362. sqq. — agit per fines, & intermedia disponit, unde conjunctio, A. C. 3565.
—— bona seu usus facit mediate per Angelos, & in mundo per homines &c. C. S. 7. R. C. 736.
——, quoad Divinum Humanum est, quod in omnibus fidei regnabit: notum in Ecclesia, A. C. 8864.
—— resurrexit quoad totum Corpus secus ac ullus homo, A. C. 5078. cfr. 10125. N. H. 305.
—— in Divino Humano Suo nunc apud homines præsens est futurus, A. R. 882. cfr. A. C. 9199. — non est inter Angelos, ut Rex in Regno; est supra illos, quoad aspectum in Sole, quoad vitam amoris & sapientiæ, in illis, A. S. 103. P. 31.
—— non potest Se qualis est in Se, ac qualis in Suo Sole, Angelo & homini præsentem sistere, A. S. 299. A. R. 938. R. C. 777 = 9.
—— Se quandoque extra Solem Suum sistit videndum, A. R. 938. — apparet manifeste in sensu spirituali Verbi, A. R. 820. R. C. 780.
—— apparuit in Antiquissima Ecclesia ut Homo, locutus ore ad os, A. C. 49. 4299. ad f. — apparet cuivis secundum quale ejus, N. H. 248. p. 122. ad m.
—— fuit Deus Antiquissimæ Ecclesiæ, & dictus Jehovah, A. C. 1343. 6846. & quoque Antiquæ, C. I. 327. (*pp.*)
—— cum luce præsens est ubivis; etiam in infernis, A. C. 4531. — scit non solum qualis homo totus est, sed etiam qualis futurus in æternum; atque adeo Solus scit, qualia interiora hominis sunt & erunt, & hoc in æternum, A. C. 6214. 6397.
—— mandavit Discipulis, ut Ipsum vocarent Dominum, A. S. 282. R. C. 81. — tribuit Patri, quod Ipsius est; intelligendum, *quomodo* A. C. 2025.
—— implevit omnia Verbo, vel Lege, A. C. 10239. D. 8. sqq. R. C. 261. sqq. — est Ipsa Doctrina, A. C. 2516.
—— non tentat, sed liberat, & inducit bonum, A. C. 2768. —, & ab Eo Angeli, cum despiciunt in terram, vident integram societatem ut unum hominem, R. C. 412.
—— ne quidem pessimo malum inferre vult, A. C. 1683.

Domum unam referunt omnia in homine, A. C. 3020. — simul unam constituunt bonum & verum, sicut maritus & uxor, A. C. 4973.

E.

Ecclesia est Conjugium boni amoris & veræ doctrinæ, A. R. 349. — est Conjugium spirituale, quod est a bono & vero, A. C. 5581.

—— est ex Verbo, & talis est apud hominem, qualis ei est intellectus Verbi, S. S. 76. sqq. A. R. 571. R. C. 243.

—— non est Ecclesia ab externis, h. e. a ritualibus, sed ab internis, A. C. 4831. — non est, ubi Divinum non recipitur in interno, A. C. 10526.

—— (*ab*) non ideo sunt, qui nati ubi Verbum; sed qui vivunt vitam charitatis & fidei, C. I. 318. *coll.* (*mm*)

—— est apud hominem, apud quem est bonum veri, A. C. 5536. — est in homine non extra illum, A. C. 3884. 8036. C. I. 57.

—— (*cum dicitur*) & Coelum, intelligitur Divinum Domini apud illos, qui ibi, A. C. 10125. — est Coelum in terra, A. C. 10304.

—— facit Corpus Domini, R. C. 372. — apud hominem formatur per vera, quibus Dominus adjungit & conjungit bonum, A. R. 832. p. 528. C. S. 124. cfr. 122 = 3.

—— & Coelum apud hominem est Conjugium boni & veri, A. C. 2979. N. H. 24. p. 18. inf. m.

—— prius non est apud hominem, quam cum vera implantata sunt vitæ, A. C. 5826. N. H. 121. p. 64. m. 246. *coll.* p. 120.

—— nulla est apud hominem, si is modo in veris, quæ vocantur fidei, est, A. C. 5826. — una est, cum bonum ibi est essentiale, A. C. 4837.

—— foret una, si omnes spectarentur ex charitate, non ex doctrinalibus & ritualibus, A. C. 1799. 1834. 2385. N. H. 121. p. 64. ad. m. 257. p. 127. C. I. 57. (*hhh*)

—— —— sicut Coelum, si omnibus esset Charitas, A. C. 2982. N. H. ~~P. 246~~ p. 120 — est in Interno spirituali, non in Externo absque illo, A. C. 10698.

—— Domini est ubivis, & in specie apud &c. A. C. 3857. 10761. N. H. 244. 246. p. 119. — Domini sparsa est per universum terrarum orbem, A. C. 7396. 8152. 8650. 9256.

—— —— est in universo orbe terrarum apud omnes, qui in bono vivunt, secundum religiosum suum, C. I. 308. (*ee*) 318. (*mm*) P. 325.

—— (*absque*) alicubi in hac Tellure, non daretur communicatio Coeli cum homine, A. C. 4423. 10500. S. S. 104. sq.

—— (*nisi*) foret, non salvaretur genus humanum, A. C. 637. N. H. 246. p. 119. cfr. S. S. 104.

——, ubi Verbum, nisi foret in hac Tellure, periret genus humanum, A. C. 9276. f. 10500. C. I. 305. (*cc*) S. S. 104.

—— in Coelis non subsistit absque Ecclesia in terris, A. R. 533. — in terris est fundamentum Coelo Angelico, A. C. 4060. A. R. 645. cfr. R. C. 784

—— est in Coelis æque ac in terris, A. R. 65. 486. 533. — primum instauratur in Coelis a Domino, & dein per Coelos in terris, A. R. 816.

——, ubi Verbum, est veluti cor & pulmo, A. C. 2054. 4217. 9256. N. H. 246. p. 119. C. I. 305. (*cc*)

—— (*omnis*) inchoat a charitate, sed temporis tractu deflectit ad falsa & ad mala, A. C. 2417. N. H. ~~p. 249~~ — (*omnis*) Domini est Interna & Externa, A. C. 4292. 5833.

—— —— in genere talis est, ut sit Interna vera, Interna corrupta, & itidem Externa, A. C. 1238.

—— —— in principio est spiritualis; inchoat a charitate, U. J. 38. cfr. A. C. 1834. —, sive bonum spirituale, idem est separari nequeunt, A. C. 5837.

Ecclesia (*omnis*) in suo initio, non nisi Communia doctrinæ novit, A. C. 4720.
—— —— temporis successu decrescit & consummatur, A. C. 468. 1834. P. 328. U. J. 38. A. R. 658. — externa apud hominem nihil est absque interna, A. C. 1795.
—— (*in*) perversa continue succrescunt falsa & mala, A. C. 4503. — Domini ab interno vadit successive ad externum, & tunc exspirat, A. C. 8408.
—— ——— semel & exstincta, falsa & mala continue succrescunt, A. C. 4503.
—— nullibi erat, sed modo repræsentativum Ecclesiæ, *quo tempore*, A. C. 8006. — (*a priore*) recedit Dominus & venit ad Novam, quando adventus Ejus est, A. C. 4535.
—— aliqua nova non prius instauratur, quam cum prior vastata est, A. C. 4516.
—— (*nova*) raro, si unquam, exsuscitatur ex homine prioris Ecclesiæ, A. C. 9210. 2986. — ab Antesignanis, & Videntibus per confirmationes, sibi visis lynceis, constabilita & fundata, unica sibi apparet in luce esse, reliquas in tenebris esse judicat, R. C. 759. cfr. A. C. 3489.
—— non aliter videt Verbum, quam ex principio religionis suæ, & ejus doctrina, D. 65.
—— (*in*) desciscente, qui sunt probi, fortius detinentur a malo, quam cum &c. A. C. 2406. — (*in*), quando prope ad finem suum est, regnat malum & falsum, & tunc boni spiritus recedunt, A. C. 8054. — (*cum non*) est apud hominem, est infernum apud illum, A. C. 10365.
—— (*quod*) talis sit, nempe perversa, non apparet coram illis, qui in Ecclesia sunt, A. C. 3489. cfr. S. E. 72. — hactenus in veris non fuit, *causa*, R. C. 597.
—— turbatur & discerpitur, si alii, quam ministri docentes insinuant Ecclesiæ Verum, A. C. 6822.
—— (*ut*) sit, erit doctrina ex Verbo, N. H. 243. 246. p. 119. f. — docet media, quæ ducunt ad Vitam æternam, ac introducit in illam, R. C. 415.
—— (*apud quem*) est, salvatur; si minus, damnatur, A. C. 10766. —, de qua etiam agitur in Verbo, est quoque Dominus, S. S. 89.
—— interna unum facit cum Ecclesia in Coelo, R. C. 784. — (*unusquisque, qui*) vivet ex Sua fide, A. C. 5432. f.
—— (*in*) cum non internum est, nec fides voluntate, & si aufertur medium conjungens, destructum est id quod est Ecclesiæ, A. C. 5540. 5551.
—— (*qui ab*) spirituali sunt, in obscuro sunt, A. C. 8928. — intrat apud hominem, cum hic regeneratur, R. C. 510.
—— non foret aliquid, absque libero arbitrio, in spiritualibus, R. C. 483. — a Domino formatur apud virum, & per virum apud uxorem, & postquam apud utrumque formata est, plena est, C. S. 63. 125.
—— cum suis veris & bonis nequaquam dari potest apud alios, quam qui in amore vere conjugiali cum una uxore vivunt, C. S. 76. p. 54. —, quæ in Divinis veris a Domino est, valet super inferna, R. C. 224.
—— universalis in terris, similiter ac Coelum, est coram Domino sicut unus homo, A. C. 637. 9276. N. H. *coll.* 246. p. 119.
—— Domini in terris non potest non varia & diversa esse, *cur*, A. C 3451. — Antiquissima & Antiqua fuerunt in terra Canaane, N. H. *coll.* 5.
—— de novo instaurata fuit in Canaane; ob Verbum conscribendum, A. C. 6516. — Judaica nihil novit de fide, de qua Ecclesia Christiana, A. C. 4690.
—— Judaica fuit resuscitatio Ecclesiæ Antiquæ, quæ perierat, A. C. 4835. —
Au-

Antiqua & Christiana prorsus eædem sunt quoad interna, modo discrepant quoad externa, A. C. 4772. — Christiana universa fundata est super Cultu Jehovæ in Humano, R. C. 94.

Ecclesia Apostolica, comparative, fuit stella nova, apparens in Coelo Astrifero, R. C. 176.

—— Christiana hodie in extremis est, *quare*, A. C. 3489. 4649. N. H. 246. p. 120. m. cfr. R. C. 757. sqq. 760. sqq.

—— —— transfertur nunc ad Gentes, A. C. 9256. cfr. 409. — apud Pontificios Christiana non est, N. H. 8. + — percurrit suas ætates sicut homo, A. C. 4672. cfr. A. C. 64.

+ cfr. R. h. 721.

Ecclesiæ Essentiale est agnoscere Divinum Domini & unitionem Ipsius cum Patre, C. I. pag. 34. *coll.* — (*omnes*) pendent a cognitione & agnitione unius Dei, R. C. 786.

—— (*omne*) est Amor seu Charitas, A. C. 768. — spiritualis ipsum essentiale est verum boni, A. C. 6426.

—— (*omnia*) & Coeli sunt ex bono amoris, & bonum amoris ex Domino, A. R. 908. — perfectio est secundum agnitionem Domini, & secundum intellectum Verbi, A. R. 718.

—— character si foret bonum, & non verum absque bono, foret una, &c. N. H. 246. pag. 120.

—— nihil est absque Conjugiali inter bonum & verum, & nisi internum est in externo, A. C. 4899. — (*omnes*) faciunt unam Ecclesiam coram Domino, ex bono, C. I. 57. (*hhh*)

—— (*omne*) verum est a bono ejus, aliunde verum nusquam existit, A. C. 4448.

—— vera, absque conjunctione per bonum cum interiore homine, non aliud pro fine habent quam lucrum, apud quemcunque sint, A. C. 5449.

—— (*unumquodvis*) verum, quod fidei vocatur, fundatur super scientificis ejus, & capit, & &c. per ideas a scientificis apud hominem conflatas, A. C. 5510.

—— internum non est apud hominem, sed tamen in externo; nec ab homine lædi potest, *quando*, A. C. 6595.

—— homines distincti sunt in duo genera; qui in bono & qui in vero, A. C. 4788.

—— —— conjungunt duo, vita & doctrina; si vita, &c; si doctrina &c. A. C. 4468. — status omnes apud Dominum in mundo sunt repræsentati, & quomodo per Ipsum salvarentur, A. C. 2661. 2672 = 3.

—— (*omnes*), ubicunque, tractu temporis mutatæ sunt in oppositum, A. C. 1151.

—— falsa & mala non apparent illis, qui ibi sunt, *causa*, A. C. 4674. — status ultimus videri non potest ab aliquo homine, U. J. 41. cfr. R. C. 758.

——, ante adventum Domini, omnes fuerunt repræsentativæ, quæ viderunt vera in umbra, S. S. 20. R. C. 109.

——, ——————, (*omnia*) facta sunt repræsentativa, quia Dominus repræsentabatur per Angelos, R. C. 109. m. p.

—— (*quæ*) sunt, omnia, a primo gradu ad ultimum, significantur per urbes Jehudæ, circuitus Hierosolymæ, terram Benjaminis, planitiem, montem, A. C. 4592. p. 263.

—— Judaicæ Statutæ, Judicia & Leges, quoad partem similia fuerunt illis in Ecclesia Antiqua, A. C. 4442. 4834. C. I. 327. (*p. p.*)

—— genuinum a Judæis repræsentari potuit, A. C. 4208. — status prorsus mutatus est post adventum Domini, S. S. 99. — tres, post diluvium, successive fuerunt, A. C. 1285. — (*quatuor*) in communi, fuerunt in hac Tellure, R. C. 760. sqq. 786. cfr. A. C. 2243.

Ec-

Ecclesiæ (*omnes*) quatuor priores & communes, non fuerunt in veritate cognitionis & agnitionis unius Dei, R. C. 786. cfr. S. S. 99.
——— hodiernæ fides separavit Religionem ab illa, S. E. 45. sq. — (*novæ*) prius apud Gentes instauratæ fuerunt, haut intra veteres Ecclesias, A. C. 3898. — Novæ fides nequaquam potest una esse cum fide prioris Ecclesiæ, *quare*, S. E. 102.
——— (*ut aliquid*) remaneat, semper providetur a Domino, & cum vetus Ecclesia perit, Nova instauratur, A. C. 4060.
Ecclesiam facit Charitas, N. H. 246. p. 119. f. bonum vitæ ex charitate & ejus fide, A. R. 5. amor & fides, A. C. 8788. N. H. 241. vita secundum doctrinam, N. H. 243. intellectus Verbi, S. S. 76. R. C. 243. verum fidei & bonum charitatis, A. C. 3942.
——— (*quod*) facit, omne id est a Domino, A. C. 4614. — (*qui intra*) nati sunt, debent agnoscere Dominum, Divinum & Humanum, Ipsius, &c. N. H. 282.
——— (*intra*) non negandum est Divinum Domini, nec Sanctum procedens ab Ipso, A. C. 2359. N. H. 299.
Ecclesiarum pluralitas & distinctio non foret, si &c. A. C. 1799. N. H. 246. p. 120.
Ecclesiis (*in*) Antiquis, charitas fuit essentiale & principale Ecclesiæ, A. C. 4680.
Educi e Societate infernali non potest homo, nisi videat, quod ibi sit, velit exire, & hoc conetur, P. 278. p. 158.
Effectibus (*ab*) patent aliquatenus rationalia interna, A. C. 3573. cfr. A. S. 375—8.
— (*ab*) Solis videre, & nihil ex causis est ex fallaciis videre, A. S. 119. 187.
Effectus est continens & basis causarum & finium, & hæc actualiter sunt in effectu, A. S. 212.
——— (*omnis*) est causarum plenum, A. S. 217. — non est effectûs, sed causæ efficientis, A. C. 1568. — ex causis scire, est sapere, A. S. 119.
——— (*omnes*) in externo homine fiunt a causis formatis in interno, R. C. 374. — soli lustrati non propalant aliquam causam, A. S. 119.
———, ut fines ultimi, fiunt e novo fines primi in continua serie a Primo, A. S. 172. — (*omnes*) in Universo efficiunt duo, Vita & Natura, C. A. C. 10.
———, ex influxu coelestium & spiritualium in formas adæquatas & convenientes, non apparent homini aliter, quam sicut naturales, A. C. 3630.
Effigies hominis qualis est in communi, talis est minimorum ejus voluntatis, A.C. 6571.
——— sui amoris fit quisque in altera vita, etiam in externis, C. I. 481.
Effluit ex singulis veris fidei, lux illustrans, itidem ex bonis charitatis calor accendens, R. C. 618.
Effluxus (*si*) inhibetur, etiam inhibetur influxus, A. C. 5828.
Effunde cogitationem quaquaversum, intende, & inquire, unde Bonum est bonum, & videbis quod sit a Suo Esse, &c, Dec. 13.
Egredi ex Se non potest Deus, R. C. 56.
Ejiciendum continue est malum, A. C. 5398.
Ejicit e corde suo quodcunque est vitæ æternæ, qui pro fine habet jucundum sui & mundi, A. C. 3427.
Electio boni præcedit Conjugium boni & veri, A. C. 3805.
Elegans est sensus Internus Verbi, tametsi per mera nomina, *exemp.* N. H. 259. p. 129.
Elegantiæ sermonis & eruditionis affectatio res ipsas abscondit, A. C. 6924.
Elementum, in quo subjectum, est per quod in hoc agetur, R. C. 125. cfr. 124.
Elevabilis est intellectus, secundum cognitiones; voluntas non nisi per vitam secundum vera, R. C. 507. ad f. cfr. 602. C. S. 269.
Elevandi in Coelum, prius impugnantur &c. A. C. 6639. 6663.

Esse veri est bonum; cogitationis est voluntas, A. C. 9995. p. 258. — apud hominem est bonum, & existere inde est verum, A. C. 9297.
—— non est ibi, ubi non est conjunctio seu unio, A. C. 5002. — suum vera accipiunt a bono, & bonum quale suum accipit a veris, inde illis vita simul, A. C. 5830.
—— (*ipsum*) hominis est a patre, A. C. 5041. 10823. — vitæ cujusvis est, a quo concipitur; existere vitæ ex illo esse est Humanum in forma (*de Domino*), A. C. 10738. 10823. N. H. 287.
Essentia & forma unum faciunt, A. R. 906. R. C. 111.
—— absque forma, & forma absque essentia non est aliquid, R. C. 367. —, sicut anima, format consequentia in corpus suæ imaginis, S. E. 40.
—— (*ex*) sua quisque agit, quod agit, R. C. 145. — seu natura, quam quis in mundo sibi appropriavit, post mortem mutari non potest, R. C. 651.
—— Divina est una & individua, A. S. 35. R. C. 364. — (*ipsa*) omnis boni est innocentia, A. C. 10132. p. 351.
Essentiam suam trahunt externa ab internis, & hæc & illa ab intimo, R. C. 220.
Essentiale ordinis est Divinum Bonum, C. I. 77. (*c*)
—— (*ipsum*) Regni Domini & Ecclesia bonum est, A. C. 4576. — bonum Regni Coelestis est bonum amoris in Dominum, et bonum amoris mutui; Regni Spiritualis est bonum charitatis erga proximum, & bonum fidei, A. C. 10150.
—— —— Ecclesiæ Spiritualis est bonum veri, A. C. 6426. — (*ipsum*) Ecclesiæ est agnitio Ipsius Divini in Humano Domini, A. C. 10370.
—— Ecclesiæ est agnitio Divini Domini, atque unitionis Ipsius cum Patre, N. H. 299. C. I. pag. 34. *coll.*
—— —— est charitas, proinde charitatis opera, A. C. 4766. 4776. — (*si*) Ecclesiæ bonum foret, & non verum absque bono, Ecclesia foret una, C. I. 57. (*b. b. h.*)
—— —— & Religionis continetur in Orationis Dominicæ primis membris R. C. 113. p. 88. A. R. 839. p. 534.
—— aliquod in se non datur in universo creato, hoc solum datur in supremo, A. C. 5948.
—— voluntatis est amor, & inde affectio, A. C. 4337. —, ut alicubi agat effectum, habebit instrumentale, A. C. 5948.
Essentialia fidei, in Verbo, sunt aperta, A. C. 2225. S. S. 55. P. 231. — (*Tria*) in Domino sunt, quæ vocantur, Pater, Filius & spiritus Sanctus, R. C. 139.
—— (*omnia*) Ecclesiæ sunt in luce spirituali, R. C. 165. — Ecclesiæ sunt interna ejus, A. C. 4831.
—— unius rei, communia & particularia, simul faciunt unam essentiam, *exemp.* R. C. 166.
—— in Verbo vocantur res, et sunt illa, quæ agunt per instrumentalia, A. C. 5948.
Essentiarum (*trium*) Divinarum identitas, est rationis scandalum, R. C. 23.
Est, tantum prædicari potest de Jehovah, A. C. 926.
Esus sanguinis repræsentabat olim profanationem, A. C. 1001 = 3. N. H 172. p. 90. f.
Evanescere (*quasi*) debet sensus literæ, A. C. 1405.
Evanescit homo spiritus, post primum suum statum, U. J. 32. — homo e societate spirituum, alte meditabundus, *quando*, C. I. 438.
—— bonum amoris coelestis, quantum jucunda amorum sui & mundi exoriuntur, A. C. 8487.
—— e memoria externa verum conjunctum bono, A. C. 3108. 3203. — separatum a Primo, C. I. 106.

Eva-

Exspirat omnis amor apud hominem, jucundum, *quomodo*, R. C. 569.
Exstinguendum non est verum fidei, etiamsi non foret verum, ante plenam intuitionem, A. C. 9039.
Existerat (*quo ordine*) bonum amoris apud hominem, eo etiam conservatur a Domino, & subsistit, A. C. 10266.
Exstiterunt (*non modo*) omnia & singula naturæ, sed & continue subsistunt a Divino seu Primo Esse, & hoc per mundum spiritualem, A. C. 775. 5272. 8211. N. H. 277. 278. ad m. p.
Exsurgentia in se aliquoties mala & falsa & vident & percipiunt, *quinam*, C. I. 487.
Extensio sphæræ Divinæ boni est etiam in inferna, inde quoque illa custodiuntur, A. C. 9534.
——— veri manifestatur aliquando per sphæram, A. C. 8063.
Extensus non est Deus, R. C. 78.
Exterior (*si*) homo prorsus ververtit aut exstinguit quod influit per interiorem, tunc privatur interior homo sua luce quæ e Coelo & clauditur ei versus Coelum; at aperitur communicatio &c. A. C. 5427.
Exteriora & interiora hominis non sunt continua, N. H. 47. p. 30. — absque interioribus existere & subsistere non possunt, A. C. 5114. 5146.
——— possunt separari, persistentibus usque interioribus in sua vita, A. C. 10099. — & interiora sunt apud quemvis; hoc sciri potest, *unde*, C. I. 499.
——— sunt communia, ex perpluribus interiorum composita, A. C. 5622. — hominis sunt in mundo, interiora in Coelo, A. C. 10223. p. 409.
——— remotiora sunt a Divino apud hominem, quare obscura sunt & communia, A. C. 6451.
——— sunt inordinata respective ad interiora, C. I. 267. (*a*) —, quæ animi, vertuntur quo interiora, N. H. 41.
——— Naturalis Dominus apud Se Divina fecit, A. C. 5078.
Exteriores, ab antiquis temporibus, facti sunt homines successive, usque adeo ut hodie sint in corpore, ita in extremo, A. C. 5649.
Exteriori (*ab*) Homine Domini quicquid fuit, hoc secum habuit hæreditarium, & sic quoque malum, A. C. 1921.
Exterius & interius est in externo homine; similiter in Interno, A. C. 10256. — vivit ab Interiori, A. C. 5707.
——— existit & subsistit a suis interioribus ordine, A. C. 5608. — naturale recipit imagines & inde ideas rerum per sensualia e mundo, A. C. 5133.
——— percipere res est in nulla luce veri esse, R. C. 839.
Externa sunt, quæ consistunt ab internis, A. C. 4345.
——— sunt imagines & formæ ex myriadibus internorum compositæ, quæ ut unum apparent, A. C. 3855.
——— talem nexum habent cum internis, ut in omni operatione unum faciant, P. 180. — Ecclesiæ instar corporis repræsentant, A. C. 4292. cfr. 1795.
——— Ecclesiarum repræsentativarum erant Ritualia, N. H. 261. p. 133. — cultus nihil faciunt, sed interna, ex quibus interna procedunt, C. I. 495.
——— nihil erant Antiquissimis, nisi ut inde reflecterent ad interna, & ad Dominum, A. C. 54.
Externi Hominis Domini imagines sunt tres Coeli, A. C. 1590.
Externis (*in*) absque internis erat Gens Judaica & Israelitica, A. C. 9380.
——— ——— absque internis qui sunt, terrestria & prorsus non coelestia in Verbo vident, A. C. 9391. p. 475.
——— ablatis patet, qualis homo fuerat in mundo, A. C. 6495.
Externum existit ex, & essentiam habet ab interno; sed potest aliter apparere, quam secundum essentiam ab interno, P. 224.

F.

Facere Domini non per aliam vocem, quam per vocem Providentiæ, exprimi potest, A. C. 5264. — verum propter verum, est amare Deum, A. C. 10336. 10683.

—— bonum a Deo, & tamen sicut a Se, potest homo, *quomodo*, A. R. 875. p. 560. cfr. A. C. 1712. — a Se est Solius Dei, R. C. 621. p. 377.

—————— a se nullus homo potest, sed &c. Dec. 9. 31. A. S. 425. cfr. R. C. 484. — bonum, & intelligere verum, etiam possunt mali, &c. P. 14 sq.

—————— ut a se debet homo, & cogitare verum ut a se, sed cum reflectit, agnoscet quod illa a Domino, A. C. 5664. 2. f.

——————, quod est bonum, erit ex amore boni, ita propter bonum, A. C. 9983. N. H. 151. — bonum ex naturali bono, & non ex religione, conscientia caret, A. C. 5032. 6280.

——————, nisi conjunctum est cum velle & cogitare bonum, nullam salvationem habet, neque conjunctionem Interni hominis cum Externo, N. H. 121. p. 65.

—— contra suam voluntatem nemo potest, in spirituali mundo, *unde hoc*, R. C. 56.

Facie (*in*) & ejus vultu, intima apud hominem, hodie non apparent, A. C. 3527. — (*in aliqua*) nusquam apparuerat Ipsum Divinum Domini, sed Divinum Humanum Ipsius, & per Illud sicut in illo Divinus Amor, seu respective ad genus humanum, Divina Misericordia, A. C. 5585.

Faciei inscriptus est animus, A. C. 4326.

Faciem Dei videre nemo potest, nisi ex innocentia, A. C. 5608. p. 166. (*aliam*) habere, quam affectionum suarum non datur in Coelo, A. C. 4796.

—— (*per*) non per cervicem, intrant amor & sapientia a Domino, P. 95. — (*quoad*) externam, spiritualia similia sunt naturalibus, non quoad internam faciem & essentiam, P. 220. p. 114.

Facienda sunt bona, quia sunt Dei & a Deo, R. C. 630.

Faciendum est bonum absque fine remunerationis, N. H. 158. p. 84. — est bonum proximo cum discrimine, secundum quale status ejus, C. I. 558. (*bb*)

—— non esse insincerum & injustum, quia est contra præcepta Divina, si assidue cogitetur &c. C. I. 533.

Facies prorsus formata est ad effigiandum & repræsentandum illa, quæ homo cogitat & amat, A. C. 10587. — ad correspondentiam interiorum formata est, C. I. 143. (*zz*)

—— correspondet interioribus hominis, quæ sunt cogitationis & affectionis, C. I. 251. (*ss*). — est imago animi, h. e. voluntatis & inde cogitationis A. C. 3934.

—— unius ne in æternum quidem prorsus similis, seu eadem datur cum facie alterius, A. S. 318. U. J. 13.

—— non simulata prodit affectiones interiores, A. C. 6125. cfr. 4326. — unum facit cum interioribus, apud Angelos, A. C. 9306. C. I. 143. (*zz*)

—— spiritualium est alia, & non internoscitur, in naturali, N. H. 258. — (*quando aliqua*) spiritui non est, signum est &c. A. C. 5387.

Facile homo in falsis & malis confirmari potest, nisi credat veris a Domino, A. C. 1510. sq.

Facilius est vertere &c. quam infernalem spiritum in Angelum, C. I. 527.

—— est corvum album facere, quam efficere ut credant, qui semel corde rejecerunt fidem, A. C. 9439. Te. 124.

—— nihil est, cum Domino beneplacet, quam per visiones manifestare, *quid*, U. J. 17.

Facinorosus, qui ex lege punitur, tribuit &c. A. C. 5798. p. 228.

Facinus enorme Antiquissimis erat simulatio & dolus, A. C. 1118.

Facit vitam hominis, quicquid ab infantia cogitat, vult, loquitur, facit, A. C. 9333.

—— (*cum*) homo veritates, tunc apud illum vivunt, Dec. 27. —, non ab alio, sed a Se, Dominus, A. C. 4100. 4101.

—— (*quod*) Divinum seu Dominus, hoc procedit ab Ipso, & quicquid procedit ab Ipso, est Sanctum, A. C. 4091.

Facta & creata sunt omnia per Divinum Verum, A. C. 5272. 8200.

—— suum quale habent a cogitationibus, & hæ ex finibus, A. C. 2488. — seu opera sunt ultima, in quibus interiora sunt, A. C. 10331.

Facturus est homo bona a se, operante Domino, R. C. 630.

Facultas & inclinatio nascitur homo, C. S. 134.

—— est receptibilitas, quæ inerit, ut receptaculum sit receptaculum, A. C. 6148. — cogitandi, volendi, loquendi est secundum id, quod in naturali est, A. C. 6299.

—— cogitandi & ratiocinandi est æque malis ac bonis, A. C. 10201. cfr. A. S. 425.

—— intelligendi & sapiendi, a creatione, homini indita est sicut a se, C. S. 444. p. 264. — intelligendi verum remanet apud illos in inferno, A. C. 7870. 9399. cfr. P. 223. C.L. 153

—— —— & percipiendi est secundum extensionem cogitationis in societates spirituum & Angelorum circumcirca, h. e. secundum influxum inde, A. C. 6599. sqq. — intelligendi homini semper conservatur a Domino, A. C. 5127. 5464. 5727. — videndi & percipiendi vera & bona, quæ fidei, charitatis & amoris, non datur nisi apud illos, qui in illustratione sunt a Domino, *ratio*, A. C. 10201.

—— recipiendi intelligentiam & sapientiam inest amoribus Dei & proximi, A. C. 7750.

—— —— sapientiam, h. e. &c. item amorem, h. e. &c. est apud hominem quemque sanum, a Domino, A. C. 9399. R. C. 718. cfr. = 9.

—— —— —— Angelicam inest bono fidei & charitatis, A. C. 9094. — concludendi intus in se, seu in mente sua, facit ut res percipiatur, unde hoc, A. C. 5937.

—— sapiendi est in bono, A. C. 9094. N. H. *coll.* 27. p. 21. — est homini conjungendi se Domino, & Dominum sibi in perpetuum, R. C. 718.

—— est cum intrant omnia e Coelo, quare, A. C. 10236.

—— præexcellens est spirituum, præ homine induendi omnia memoriæ hominis, ad primum adventum, A. C. 5857.

—— est homini, cujuslibet gentis, recipiendi donum redemtionis, R. C. 729.

Facultate intelligendi num vera sint, præditus est homo, qualiscunque sit, modo non fatue stupidus, A. C. 5464.

—— (*in*) recipiendi fidem, si non in corpore, usque in altera vita, est, qui in operibus charitatis seu in vita fidei est, A. C. 4663.

Facultates binæ sunt cuivis sicut insitæ, P. 98. — duæ mentis juste sunt discernendæ, R. C. 658.

—— —— hominis, voluntas & intellectus, faciunt hominem, & hæ sunt quæ regenerantur, R. C. 601.

—— —— —— recipiunt, ut bonum & verum, ita Charitatem & fidem, N. H. 109. — binæ nusquam ulli auferuntur, nam si &c. A. S. 162. 240 = 7. C. S. 230.

—— —— Libertas & Rationalitas, sunt a Domino apud hominem, P. 73. & sunt apud malos & bonos; sunt æque diabolis ac Angelis, A. S. 162. 266. 425. P. 96. p. 45. 99. 285.

Facultates hominis binas illibatas, ac ut Sanctas, in omni Divinæ Suæ Providentiæ progressione, custodit Dominus, P. 96.
——— recipiendi verum & bonum, apud hominem, sunt immediate a Domino, A. C. 6148. — recipiendi verum se habent prorsus secundum bonum, A. C. 5623.
——— sunt excellentiores & perfectiores, in altera vita; elevantur in immensum, *apud quos*, A. C. 1389.
Fallaciæ sensuum sunt tenebræ veritatum, C. S. 152. — impugnant, & cæcitatem inducunt, A. C. 6481. — impediunt vera genuina, A. C. 3175.
——— fiunt apparentiæ veri, pro genuinis captæ & confirmatæ, R. C. 254.
Fallere alios amant mali, A. C. 7356. cfr. 9283.
Falluntur nimium, qui putant Dominum esse in vero separato a bono, A. C. 2572. f.
Falsa sunt totidem tenebrositates, A. C. 5219.
—— (*omnia*) sunt ex malo, A. C. 10122. — & mala sunt in tenebris inferni, A. C. 5219. A. R. 673. — rejiciunt & exstinguunt omnem lucem, quæ illustrat, A. C. 7306.
—— confirmata dure inhærent, sed discutienda sunt, ut videri possit verum & recipi, C. I. 513. R. C. 254.
—— ex cupiditatibus talis naturæ sunt, ut indurent, *quare*, A. C. 5563. — unum faciunt cum malis, non separantur a se invicem, P. 33. cfr. A. C. 7577.
—— (*per*) vera non modo obteguntur, sed etiam obliterantur & rejiciuntur, R. C. 246. — comitantur mala, et falsis adhærent mala, R. C. 281.
—— *quantum*) ex confirmationis luce, quæ est lux fatua, nitent, tantum lux veri fit caligo, A. R. 598. f. — regnant præ veris, A. C. 8051.
—— confirmata lucere possunt ut vera, immo splendescere, sed non in luce Coeli, C. I. 352. — per series se disponunt, faciunt nexum continuum, formant naturalem mentem; discutienda per plures annos, cum clauserunt internum, A. C. 9256. —, quæ apud hominem, non ejiciuntur, sed amoventur, A. C. 8174.
—— postquam removentur, sua loca alibi in naturali sortiuntur, & non ut prius directe, sub intuitione mentis, A. C. 7398.
—— & mala prorsus non sustinent præsentiam Sancti procedentis ab Humano Domini, A. C. 6867.
—— religionis dantur ex concordantia & discordantia cum bono, N. H. 21. p. 14. — verificantur & mollescunt a bono, A. C. 8149. 8311.
——, in quibus bonum, recipiuntur a Domino ut vera, A. C. 4736. 8149. concordantia cum cupiditatibus mali sunt interius apud illos, qui male vivunt, utcunque credunt, quod non sint, A. C. 7577.
—— & mala Ecclesiæ non apparent illis, qui ibi sunt, A. C. 4674.
—— sunt graviora intra Ecclesiam, A. C. 7688. — prioris Ecclesiæ primum removenda & eradicanda sunt apud Clerum, & sic Laicum, antequam &c, R. C. 784. sqq. cfr. A. R. 547. S. E. 102.
Falsificantes bonum & verum fidei, sunt canes, A. C. 9231.
Falsificari potest Verbum, ut possit non veritas esse, S. S. 77.
Falsificatio fit per interpretationes sinistras & sic perversiones, A. C. 8149.
Falsificatum verum ex malo, est contra verum & bonum, N. H. 21. p. 14. cfr. A. C. 7950.
Falsis remotis, illustratio locum invenit, A. C. 5219. A. R. 542. cfr. R. C. 784.
Falsitates dogmatum primum aperiendæ & rejiciendæ sunt, antequam veritates revelantur & recipiuntur, S. E. 96. — occludunt intellectum, R. C. 508.
——— possunt confirmari usque ut appareant sicut veritates, unde lux veritatum apparet sicut caligo, S. E. 16. ad f.

Falſo ex malo nulla eſt potentia, C. I. 233. (*kk*). — (*ex*) uno, in primis ſi principii loco ſit, fluunt falſa continua ſerie, N. H. 21.
Falſorum genera & ſpecies, certa in cranio loca habent, A. C. 5563.
Falſum (*omne*) eſt ex malis amoris ſui & mundi, C. I. 588. (*gg*)
—— (*omne*) eſt ex ſeparatione boni a vero, A. C. 4926. — (*omne*) confirmari poteſt, uſque ut appareat ſicut verum, N. H. 171. f. p.
—— confirmatum prorſus apparet ſicut verum, A. C. 5008. p. 464. — confirmatum eſt ſicut quis juraverit in illud: manet, non exſtirpari poteſt, S. S. 92. R. C. 254.
—— æque confirmari poteſt ac verum, & quandoque fortius, F. 11. immo, præ vero, *cauſa*, P. 318. p. 186.
—— ſcientificum maxime infeſtat ſpirituales, A. C. 6865. — peſſimum, & ipſum falſum mali, eſt ex cupiditatibus, A. C. 4729.
—— non videt verum, ſed verum videt falſum, R. C. 759. f. — videre ut verum, eſt a lumine fatuo quod ab inferno, A. C. 4741.
—— apparet ſicut aculeatum; & ſe habet ſicut fumus, admoto igne, flammans, A. C. 9144. — dum tangit verum, eſt ſicut acumen acus, dum tangit fibrillam nervi, R. C. 258.
Familia (*quævis*) aliquod peculiare malum aut bonum habet a parentibus & avis, A. C. 4317. p. 131.
Familiæ a ſuo primo Patre cognoſcuntur, P. 277. R. C. 103. 521. cfr. A. C. 313.
Familiam (*unam*) referunt omnia in homine, A. C. 3020.
Faſtidiretur bonum ſpirituale & injucundum fieret, niſi temperaretur per &c. A. C. 8487.
Faſtus propriæ intelligentiæ ex amore ſui non poteſt vere conjugialiter amare, C. S. 193.
Favet (*quod*) voluptati, ita amori, ſentitur ſicut bonum, A. C. 1860.
—————— affectioni, hoc facile arripitur, retinetur, cuſtoditur, A. C. 1016.
Fauſtitas in mundo, non finis eſt Providentiæ Divinæ, A. C. 6481. 7007.
Felicem nullum facit verum fidei, ſed bonum fidei, A. C. 4984.
Felices facere velle alios, eſt charitas, A. C. 904. cfr. 10578.
Felicior (*eo*) fit homo, quo propius conjungitur Domino, P. 37. ſqq.
Felicitas datur ſecundum uſus, A. C. 7038.
—— (*omnis*) & jucunditas vitæ eſt ex uſibus, C. I. 361. (*f*). cfr. A. C. 6388.
Felicitate fruuntur, qui in Coeleſti Maximo Homine, interius, exterius, ſunt, &c. P. 329. p. 198.
Felicitates Coeli deſcribi non poſſunt; intrant, *quando*, P. 39.
Felix homini eſſet ſtatus, ſi rite crederet de influxu boni & mali, N. H. 277. p. 140. C. I. *coll.* pag. 271. m.
—— in æternum nemo fieri poteſt, niſi per vitam ſecundum præcepta Domini, A. C. 10578.
Femina creata eſt a Domino, per ſapientiam viri, quia a viro, C. S. 56. 156. p. 107. 157. 193.
Feminæ creatæ ſunt formæ amoris intellectus virorum, C. S. 91. 187. —, ſecundum ordinem Divinum, ſolum in affectionibus ſunt, at viri in ſcientiis, A. C. 8994.
—— (*omni*) a creatione implantatus eſt amor conjugialis, & ſimul cum eo amor procreandi, C. S. 409.
—— taceoant in Eccleſia, A. C. 8994. cfr. C. S. 125.
Feneſtras ~~tuti~~ & laterum hominis aperit Dominus, *quando*, P. 207.
Fera, (*qualis*) eſt, pejor foret homo, abſque reliquiarum temperatura, A. C. 1906.
—— in altero mundo, non ſunt feræ ſed formæ repræſentativæ, C. S. 79. R. C. 312.

Fe-

Fermentum quoddam, & veluti torres ex quibus incendium, ſunt, *quinam*, A.C. 1327.
Fert homo ſecum in alteram vitam, quicquid in mundo novit, immo quicquid &c. A. C. 7573.
Fertur ſpiritus ad ſui ſimiles, quaſi ex ſe, C. I. 552.
——— ſtatus vitæ hominis ſurſum, deorſum, A. C. 6611. cfr. C. S. 221.
Fervor fit, accedente ad bonum falſo ex malo, A. C. 9992.
Feſtine vita Coeli implantari nequit, A. C. 9336.
Fibræ (omnes) & vaſa eorum, qui in inferno, ſunt inverſa, P. 296. p. 170.
Fide (ex) primaria Eccleſiæ cognoſcitur qualis illa, R. C. 178.
—— *(a)* hodierna, in qua adeuntur tres dii in ſuo ordine, pendent omnia & ſingula hujus Eccleſiæ, S. E. 30. ſqq. R. C. 206.
—— *(ex)* hodiernæ Eccleſiæ redundat cultus oris, non vitæ, S. E. 51. 52. — *(abſque)* externus homo fieri non poteſt internus, R. C. 690.
